

CRUDELIA IN IPSOS

A Devoerunt & multo crudelius seipfos quidam morti, prae-
textu religionis: credentes sic ideo placandos iri Deos.
M. CURTIUS, cum in media parte fori Romani vasto, ac
repentino hiatu terra subfideret, responsumque esset, re illum
tantummodo completi posse, qua populus Romanus pluri-
mum valeret, militaribus insignibus ornatus, equum con-
scendens, cum vehementer adnotis calcariis precipitem in
illud profundum egit. Livius in 7. Oros. in 3. cap. 5. Val. Max.
lib. 5. cap. 6.

Sic Decius cum Latino bello Romano aciem inclinatam
& penè jam prostratam videret; caput suum pro salute Keip.
devoxit. Valer. lib. 6. Livius in 8. 9. in 10. Idipsum filium
Decium fecisse, testantur Zonar. & Cic. in Catone.

ILLUSORIA, ET FRAUDULENTA.
VOTI ABUSUS.

Sub praetextu voti solvendi, & muneris offerendi Minerva
Troja, quae per obfidionem 10. annorum capi à Graecis non
potuerat, capta, & direpta fuit, admisso equo ligneo, quo in-
clusi erant hostes Achivi, qui eo munere deceperunt Troja-
nos, scribit Tryphiodorus Aegyptius Grammaticus, & Poeta
in libello, qui dicitur Ivis àvovs Ilii excidium, & Virg.
lib. 2. Aeneid.

Sub specie bene solvendi voti, voluerunt decipere Roma-
nos contraria dedicatione Etrusci. Siquidem, ut refert Gellius
lib. 15. cap. 2. ex M. Verrii Flacci libro rerum memoria digna-
rum, cum Haruspices ex Etruria hostili, & inimico animo à
Romanis acciti, quando statua Roma in comitio posita Horati
Coelitis fortissimi viri de caelo tacta est, & id fulgur pialicus
luendum esset contrariis religionibus statuisset, ut noceret
Romanis, statuum in inferiorum locum ponendam, quae esset
in locum editum subducenda, de perfidia detecti, & confessi
necati sunt.

Juss. lib. 21. narrat, Dionysium Syracusanorum tyrannum,
cum rapinae occasio deesset, universam civitatem callido com-
mento circumvenisse, & praetextu voti solvendi Veneri, post-
quam perfuasisse mittendas esse electas ex omnibus melius
ornatas, immixtis militibus illa spoliasse.

Cum Megarenfes inermes eicere vellet ex urbe, & ex
Chalcidensibus Theocles finxit se belli tempore votum nun-
cupasse, si urbe potius sine periculo fuissent, duodecim Diis
sacrificia peracturum, pompamque armis ornata celebratio-
rem. Megarenfes autem nihil mali suspicantes Chalcidensibus
arma mutuantes dederunt ad pompam, donec sacrifi-
cium perageretur: At postquam armati in foro constitissent,
jussi Megarenfes ante solis occasum ex urbe discedere, & ita
inermes Megarenfes facillè à Leontino pulsi. Polyænus lib. 5.
Stratagematum.

MIDAS teste eodem Polyæn. 1. 7. simulans se diis magnis rem
divinam facturum per noctem, Phryges cum tibis, tympanis
ac cymbalis eduxit, quibus enses occultè gestandos dederat.
Cives domibus egrediebantur ad spectaculum: at illi tympana,
cymbalaeque pulsantes spectatores trucidaverunt, & in ades
apertas impetu facto Midam tyrannum constituerunt.

LACON, cum voto se obstrinxisset, quod se de Leucate
petra praecipitem daret, conscendit montem, & conspicua
altitudine se avertit. Id cum illi probrum gratia obiceretur:
Non putaram, inquit, illi voto majore voto opus esse, joco
D illusit inconstantiam, formidinisque crimen. Etenim qui facinus
arduum concepit animo, prius à Diis optare debet animum
facinori parem. Plut. in Lacon.

* VOTI VIOLATIO PUNITA.
EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Hujus rei ex sacris literis duo exempla proferam. Alterum
ex veteri Testamento, alterum ex novo.
Ex veteri quidem Uxor Loth, de qua B. Ebram Parænesi
9. Ne hodie, inquit, renuntiatio seculi, & abdicatio rerum
terrenarum, ac valedictio patriæ, ac amicorum, parentumque
carnalium propter spem in Dominum Christum: cras autem
postquam religionem, & patriam, atque hereditatem inquiramus.
Uxor siquidem Loth retrosum conversa in columnam salis
mutata est. Quare & Dominus instruit nos, dicens. Nemo
mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus
est regno celorum.
Huic tamen addi potest, ut advettit Turrianus lib. 1. de Votis

Monasticis, quòd Samson ideo afflicus à Philistinis, & ex-
citate percussus fuit, quia in culpa erat, ut votum Nazareo-
rum de capillis non, quam tendendis violaretur.

Eccur Achan tanprope à Deo punitus, & propter illum
universus Israel, quam quod de ananematæ, sive de spoliis
Deo consecratis, per votum, accepisset.

Ex novo verò Testamento SS. Patres producant exemplum
Anania, & Saphira, ut B. Hieronymus ad Demetriadem de Vir-
ginitate scribenda. In actis, ait, Apostolorum, quando Dom-
mini nostri adhuc calebat cruor, & fervebat recens in creden-
tibus fides, vendebant omnes possessiones suas, & pretia earum
ad Apostolorum deferbant pedes, ut ostenderent pecunias
esse calcandas, dabaturque singulis prout cuique opus erat.
Anania, & Saphira dispensatores timidi, immò corde duplici,
& ideo condemnati, quia post votum obtulerunt quasi sua, &
non ejus, cui semel ea voverant, partemque sibi alienæ sub-
stantiæ reservaverunt, metuentes famem, quam vera fides
non timet, praesentem meture vindictam, non credulitate
sententiæ, sed correctionis exemplo. Denique & Apostolus
Petrus nequaquam imprecatur eis mortem, ut stultus Por-
phyrius calumniatur; sed Dei judicium propheticum spiritu
annuntiat, ut poena duorum hominum sit doctrina multo-
rum.

HISTORICA.

Neque desunt hujus rei exempla in historis cum Ecclesia-
sticis, tum secularibus. Gregor. lib. 2. dialog. cap. 25. talen-
narrat historiam. Quidam ejus, (S. Benedicti) Monachus mo-
bilis animi mentis deditus erat, & permanere in Monasterio no-
lebat. Cumque eum vir Deo affluens conciperet, & frequenter
admoneret, ipse verò nullo modo consentiret in congrega-
tione persistere, atque importunis precibus, ut relaxaretur, in-
nueret, quadam die idem venerabilis pater nimitatis ejus
tædio affectus, iratus jussit, ut discederet. Qui mox, ut Mona-
stium exiit, contra se assistere aperto ore Draconem in itin-
tere invenit: cumque cum idem Draco, qui apparuerat de vo-
tore veller, cepit ipse tremens, & palpitans magnis voceibus
clamare, dicens: Succurrite, quia Draco iste me devorare
vult. Currentes autem fratres Draconem minime viderunt,
sed tremorem, atque palpitantem Monachum ad Monaste-
rium reduxerunt. Qui statim promisit, nunquam fuisse esse à mo-
nasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione
permanit. Quippe qui sancti viri orationibus contra se assis-
tere Draconem viderat, quem prius non videndo seque-
batur.

Idem in Epistola ad Russianam Patriciam lib. 9. Epist. 38.
Dum in natalicio ejusdem Apostoli (Andræ) jam meridianis
horis fratres quiescerent, subito quidam Frater apertis oculis
cæcatus cepit tremere, voces ingentes emittere, quibus vo-
cibus testabatur ferre se non posse, quod patiebatur. Concur-
rentes fratres viderunt cæcum apertis oculis trementem, &
clamantem, & à presentibus alienum, nihil quod foris agi
poterat, sentientem, cumque in manibus levaverunt, atque
ante altare S. Andræ Apostoli proiecerunt, ipsique pro eo in
oratione prostrati sunt. Qui statim ad se reversus, quid passus
fuerat, confessus est. Quia tenax quidam ei apparuit, & canem
nigrum ad eum dilaniandum dimisit, dicens: Quare fugere
voluisti de Monasterio isto? Cuique evadere de canis mor-
sibus nullo modo potuisset, venerunt quidam Monachi, &
eundem senem pro me rogaverunt. Qui statim jussit canem
abscedere, & ipse ad se reversus fuit. Qui etiam confessus est, H
quia eo die, quo ista petulit, consilium habuerat de eodem
Monasterio fugere.

Adjungit & ibidem aliud exemplum. Alius, inquit, quo-
que Monachus discedere de eodem Monasterio latenter vo-
luit, cumque hoc mente tradisset, voluit Oratorium ingre-
di, sed statim demonio traditus vehementer vexatus est. Re-
linquebatur verò à demonio, si extra Oratorium itersset, &
nihil patiebatur adversi. Si verò contra fuisset ingredi, statim
maligno spiritu traditus vexabatur. Cumque hoc sapienter fieret,
culpam suam confessus est, quia egressi de Monasterio
cogitabat. Tunc collecti pro eo fratres sese per triduum in
precibus adstrinxerunt, atque ita curatus est, ut ad eum post-
modum nunquam spiritus malignus accederet. Dicebat autem,
sic eundem beatum Apostolum, dum vexaretur, vidisset,
seque ab eo increpatum esse, cur voluisset abscedere. Hacten-
us. Gregorius.

Plura exempla habes in B. Petro Damiani Cardinale, ut
lib. 2. epist. 15. & lib. 5. epist. 17. & lib. 5. epist. 16.

Abbas

Abbas Polychronius nobis narravit, inquit Joannes Evi-
ratus, quod in cenobio Pentuchula Frater quidam erat, sibi
ipso valdè intentus, & continens. Cum autem aliquando im-
pugnaret à spiritu fornicationis, non valens hanc pugnam
fulgere, egressus de Monasterio, profectus est Hiericho, ut
concupiscens suæ satisfaceret. Moxque ut metreticis cellam
ingressus est, leprosus factus est totus. Videns autem lepram
continuo rediit ad Monasterium, Deo gratias referens, &
dicens. Idcirco Deo hac me castigatione percussit, ut anima
mea salva sit, & magnificè glorificabat Deum. Prat. spirit.
cap. 15.

Narravit nobis, inquit, idem Eviratus cap. 14. Abbas Elias,
dicens: Cum aliquando morarer in partibus sancti Jordanis
in spelæo juxta lunuchorum Monasterium, ideo quòd non
communicarem Macario Archiepiscopo Hierosolymitano,
die quadam circa horam sextam, aëtu vehementissimo co-
quente desuper (erat enim Augustus mensis) pulsavit quidam
ostium speluncæ meæ. Egressus verò vidi mulierem, & dixi
ad illam: Quid tu hic facis? Et respondens dixit mihi: Et
ego, mi pater, eisdem quo tu, insituti sum, & quasi uno
lapide distat à te spelunca mea. Ostendebat autem & locum
B quasi ad Austrum. Et ait: Lustravi hanc eremum, & præ æstu
nimio siti fatigata fum, fac ergo charitatem, Pater, & da mihi
pusillum aquæ. Itaque protuli urceum, & dedi ei. Quæ cum
sumens bibisset, dimisi illam. Cum autem abiisset, cepit dia-
bolus impugnat me, immittens cogitationes fordidas in eam.
Superata igitur, neque ferens libidinis ardorem, sumpta
vixit mea cellam egressus sum in fervore æstus, cum lapides
ignescerent, profectusque fumam illam, ut implem turpem
concupiscentiam. Cum verò fersè uno stadio ab ejus
adhuc spelæo distarem, urente me graviter æstu libidinis, re-
pentè factus in cæcasi, vidi apertam terram, & me hiatu ter-
ræ absorptum. Apicipio illic cadavera putrida, jacentia, &
resoluta, & incredibili fetore plena, quendamque reverendi
habitus virum ea mihi demonstrantem, ac dicentem: Ecce
istud mulieris est, istud viri, istud pueri frueri jam, ut vis, &
quantum libet concupiscentia tua: hujus tamen voluptatis
gratia, vide, quot labores amittere voluisti. Vide, propter quod
peccatum vos ipsos privare vultis regno celorum. Væ huma-
næ miseris! Propter unius horæ voluptatem tanti laboris mer-
cedem frustramini. Ego autem præ nimio fetore in terram cor-
ruat, crexit me: & gratias agens Deo reversus sum in locum
meum.

Hæreticus beati Trudonis sanguineus, continentie
voto non amore, quem gratia remunerat, sed timore potius,
quem justitia punire solet, sese obstrinxerat. Is postea promissio-
nis immemor conjugium postulat, implet, & consummat.
Nocte verò sequenti, ecce vir Dei, tota sanctitatis suæ coo-
pertus auctoritate, cum terrore ad eum ingrediens, sic increpat:
Cur violata fide, uxorem ducere non timuisti? Quam
frustra hoc feceris, vel ex hoc intellige, quamvis uxoratus sis,
semper tamen eris sine sobole: & virga, quam gerebat, percu-
tiens in femore: Signum, ait, id sit neglectæ promissionis;
donec vires, curvo crure, incesu male pronò damnabe-
ris. Expergefactus homo, eruditus eo verbere, agnoscit
auctoritatem, & culpam fatetur; mutatus in melius comam
deponit, & Monasterium ingreditur, ubi vitam castitate
fatis emendat. Theodorici. Abbas in vita ejus lib. 2. cap. 1. apud
Sur. Nov. 23.

Cum sanctimoniales sub instituto S. Claræ militantes ab
D hæreticis civitate Gebenensis expulsi fuissent, in quandam
Sabaudia civitatem, quam Catholici incolabant, sese tran-
stulerunt. Una tamen earum maluit cum perditissimo quo-
piam, qui Monasticam vitam abjurarat, matrimonium inire,
quam sodalium suorum consortio uti, ac patriæ dulcedine
privari. Sed perditionis filia dignam factis mercedem accepit:
facile enim ejus maritus, votifragus, cum postea vivam
excoriavit, justitiamque divinæ excursor fuit. Eæ Catech. Hist.
Daurortii. Tom. 4.

Scribit Theodorici in historia religiose sanctorum Patrum,
quendam Ismaelitan non obcurro loco natum, ex iis, qui in
nomen falutare Domini Christi erederant, Deo votum fe-
cisse, divino viro Simeone teste, quod deinceps abstineret ab
esu cuiusvis animati. Hoc promissum nefcio quo modo quodam
tempore transgressus occisam avem ausus est comedere,
Cum Deus autem per increpationem eum ad conversionem
voluisset deducere, & suum famulum honorare, qui fuerat
testis promissi, quod si fuerat transgressus, mutata est in la-
pidis naturam caro avis, adeò ut nec, si vellet, quidem dein-

ceps eo vesci posset. Quomodo enim potuisset, eum lapidif-
set, quod ad cibum sumptum fuerat corpus? Hoc admitto, E
& incredibili spectaculo obstupescit barbarus ad sanctum
venit quam celerimè, quod erat occulum peccatum in lu-
cem proferens, & suam transgressionem omnibus enuncians,
& delicti à Deo petens veniam, & sancti auxilium invocans,
ut omnipotentibus suis precibus ipsum peccati vinculum
exolveret. Multi autem id videre miraculum, qui avis partem
ex osse, & lapide constantem viderunt in ejus pectore. Theodor.
in hist. Relig. cap. 26.

Videat Lector, & exinde huc transferat, Locum Hæreti-
corum, Tit. mori horribilis eorumdem. Sunt enim plerique il-
lorum votifragi, & perfidi, ipso jure, & facta infames.

VOX.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Vox, Græcè φωνή, quævis vocalis dicitur. Vox Hebr. Kol,
sonus, strepitus, tonitru. Cognitionem habet cum Ka-
bal, convocavit: item cum Kapital, lenis fuit. Quid etiam voce F
velocius? Hinc xalio voco, xalio dico, &c. Est autem vox per-
cussio aeris inspirati ad vocalem arteriam moti ab anima, qua
est in illis partibus, secund. Aristot. 1. 2. de anima.

Vox est aeris per linguam percussio, qua per quosdam gut-
turis partes, quæ arteriæ vocantur, ab anima profertur, secund.
Boeth. in princ. addit. 2. super lib. Peribor.

Vox est sonus cum quadam imaginatione significandi,
secund. Boeth. ibid.

Communis Logicorum definitio est: Vox est sonus ab ore
animalis prolatus, naturalibus instrumentis formatus, secund.
Petrum Hispanum in princ. sue Logice, & August. Hunnenum
in Prodidag. Sunt autem naturalia instrumenta, quibus vox
formatur novem. Versus:

Instrumenta novem sunt: Guttur, Lingua, Palatum,
Quatuor & dentes, & duo Labra simul.

Ceterum Vox est quicquid sonat, & dicitur àvò ñv Boda,
quod est sono. Virg.

Itaque nomen vocis sumitur tam pro sono hominis articu-
lato, quam articulo cuiusque animalis, immò & reinanima-
mate: quomodo cum lex data erat, populus videbat voces.
Exod. 20. & audiebat, nempe sonitum tubæ, & tonitru, ut
exponitur in Psal. 17. Et Christus Joan. 3. dicit de vento sub
nomine Spiritus, Et vocem ejus audis: neque desunt exempla
apud Auctores profanos.

* VOCUM APUD LOGICOS.
DIFFERENTIÆ, ET DIVISIONES.

Vocem Dialecticis constituunt significativam, quæ signum
est mentis, ejusque index: & non significativam. Significativa
alia est ex instituto, alia ex natura: ut cuius significatio absque
opera docentis habetur. Eaque significatio alia primaria est,
alia secundaria. Vox autem ex instituto significans, alia est sim-
plex, alia composita: simplex verò dividitur in categorematicam,
id est, significativam, & syncategorematicam, hoc est
consignificativam, quales sunt, omnis, aliquis, &c. Quamvis
simplicitatem, & compositionem vocis Dialecticis consideret
juxta modum conceptus voci ipsi respondentis; non verò
derivationem unius ab altera, quod Grammaticorum est
proprium.

Ceterum vox significativa alia univoca est, quæ plura signifi-
cat manens eadem, & sub eadem ratione. Aliaquivoca, quæ
sub diversâ ratione plura significat.

Iterum vox alia communis, alia singularis. Illa dicitur, quæ
de pluribus univocè, ac divisim verè affirmari potest. Hæc verò,
quæ de uno dumtaxat singulari dicitur, sic ut de pluribus
priori modo nequeat affirmari.

Item vox dividitur in eam, quæ est primæ, & illam, quæ est
secundæ intentionis. Priori vocat, quæ rebus significandis
destinatur absque intellectus operatione, ut homo, animal, &c.
Posteriori quæ hanc requirit, tales sunt genus, species, &
similes.

Secant insuper vocem in Concretam, & Abstractam. Con-
creta est, quæ formam aliquam significat, simul innuendo
subjectum, cui illa inest. Abstracta verò, quæ quidem formam
illam significat, non tamen innuit illius subjectum, ut verbi
gratia abedo.

Huic subicij potest divisio vocis in Absolutam, & Rela-
tivam,

titam, quæ ad aliud respicit, ut pater, qui respectu ad filium talis dicitur. Deinde vox alia est transcendens, quæ de omnibus, & solis rebus veris affirmatur. Suntque sex numero, videlicet: Ens, unum, verum, bonum, aliquid, res. Alia non transcendens, quæ limitatam habet significationem. Præter has sunt alia voces supratranscendentes, quæ non modo de rebus veris, sed & fictis, & imaginariis affirmari possunt, ut cogitabile, imaginabile, & similes.

Ad extremum vocem partiuntur in finitam, & infinitam, five affirmantem, & negantem, ubi per negantem intellige non solum illam, quæ ex particula negativa constat, aut talem adjunctam habet, sed quæ etiam negationem includit, qualis est, verbi gratia, in voce (cæcus) ubi negatur visus, idque non simpliciter, sed dumtaxat in subiecto nato illum habere.

Itaque vox infinita ex eo dicitur, quod indefinitam, & indeterminatam habeat significationem: sic ut tam de ente, quam de non ente verè affirmetur talis, est non videns, &c.

Reliqua videantur apud Hummum in Prodidagmatibus.

VOX VIVA HOMINIS. NOTA EXISTENS.

COGNITIONIS REI ALICUJUS PRESENTIS, UPUTA.

Martii adventantis.

Romani, five rure, five peregrè redierint, præmissio nuncio adesse se uxoris significant, proptertantque vel exoptantibus, & expectantibus lætum nuncium de se præmittere. An potius de illis audire ipsi cupiunt, falvane, & cupientes domi inveniunt? An pluribus curis domesticis mulieres, negotiisque, cum absunt viri, sunt distractæ, pluresque rixas, & motus adversus domesticos habent? Quo igitur his discussis pacatè virum, & hilariter excipiant, hæc datur significatio. Plutarchus quæst. Rom.

SOCII, VEL Militiæ Comitiois. Tessera Bellicæ. Consule Locum de Tessera. PRÆTERITÆ, VEL Orationis.

Moris fuit antiqui, ut cum satis visum esset effluxisse verborum, Oratores ad ultimum dicerent, Dixi: velut necessitate sibi imponentes finiri dæ orationis. Ab utraque itidem parte oratione consumpta, Prætor dimittendi consilii ergo pronunciabat, Dixerunt. Scamius.

CAMBYSES Persarum rex, cum in somnis vocem audisset, Smerdem fratrem folio sedere regio, Prexaspen ad eum interendum misit. Non multo post duos catulos, alterum leonis, alterum canis committit: & cum à leuculo catulus superaretur, alter catulus, hujus canis frater, abrupto loro supervenit, atque eum duo essent, ita superiores leuculo exiit. Cambyse hinc voluptatem capiente, Soror, eademque uxor ei assidens illacrymavit. Causam rege querente, respondit, se viso catulo suppetias fratri ferente, ideo flere, quod subierit memoria Smerdis, cujus scilicet nemo foret ultor. Ob quod dictum à Cambyse interemptam memorant.

Ægyptii verò id, quod cum ad mensam discumberetur, mulier lactuam sumperit: ejusque decerpis foliis, Cambysem interrogavit, utrum discerpta lactuca, an densa pulchrior foret? isque respondisset, Densa: hanc subintulisse, Lactuam aliquando imitatus es, qui Cyri domum demudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insillisse calcibus in prægnantem, eamque abortu edito decessisse. Herodotus libro 3. & Justinus.

CLAUDIA virgo Vestalis, cum aliquando solemnium ludorum die nimia hominum frequentia molestis vexaretur, dixisse fertur: Utinam frater meus viveret (Appius Claudius Pulcher, ingenti prælio navali ad Dapranum victus ab Adherbale Pænorum duce) iterum Rom. classem perditurus, Quæ vox, five omen fecerit, five cædis memoriam renovarit, adeo multitudine aures offendit, ut mulier majestatis rea subierit iudicium. Sab. lib. 9. Eum. 4.

FUTURE, POTA.

Athenienses Alexandro divino honores denegantes Damocles monuit: Videte, ne, dum cælium custoditis, terram amittatis. Plut.

ACTIONIS, vel PASSIONIS. VOX NOTA EORUM, quæ fieri debent.

OFFICII, UTPOTE Regum, Principum.

Narrat. Plutarchus libello Adversus duem imperitum, Regis Persarum certo Cubiculario hoc muneri fuisse mandatum, ut manè regium thalamum ingrederetur, his verbis illum expergeret: Δάμαστρον ἡ βασιλῆος, ἡ ἡγεμονία σου, ἡ δὲ σπουδὴ σου ἡ Μεσοποταμίας ἡδύνας, id est, Surge, rex, ac negotia cura, quæ te Mesopotamides curare jussit.

Cum paupercula Anus postulare, ut Philippus Macedoniæ rex de causa sua cognosceret, cumque eundem interpellaret, negavit vacare sibi. Ibi vociferans anus: Ergo noli, inquit, regnum agere. Quo ille dicto defixus, non istam modò, verum etiam alios confestim diligenter audivit. Plutarch. in Regum Appob.

Militum.

Celebratum est Lacæne cusidam Apophthegma, quæ filio tradens clypeum dixerit: ἄνδρ ἕναι οἷς. Aut hunc, aut super hunc. Laconicè significans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum. Erasim. in Adagiis.

EPAMINONDAS Thebanus Bæotus ex otio dissolutus cum perpetuo vellet in armis continere, si quando Bæotarches esset, monens dicebat, etiam atque etiam deliberare cives. Ego enim si duxero, militandum erit vobis. Plut. in Apoph.

Athletarum.

GLAUCUS quidam Carystius, cum terram aratro profcendenti forte fortuna vomis excidisset ab aratro, sublatum aptavit manu vice mallei. Quod ubi conspexisset pater Demylus, juvenem produxit in Olympia, ad pugilum certamen. Verum ubi jam artis imperitus, plagis afflictus penè decideret, pater acclamavit πᾶς ἦν δὲ ἀπὸ τοῦ, admonens, ut sic peteret hostem, quemadmodum vomere solebat vulnere terram. Hac voce rediit ahimus juveni, vicique. Idem postea bis vicit Pythia, osties Nemeæ, item toties Isthmia. Paul. in Eliactis.

HYLAS alpes, cum videret ferè succubentem Aegidamum Locrum in pugillatu, ita ei animum addidit, ut protinus suum adversarium vinceret. Pindarus Ode 10. Olymp.

Sacrificantium.

Apud Rom. cum consul auspiciatur, vel immolat: Hoc age, proclamant. Quæ voce eos, qui assistunt admonent, ut componant se ad id, quod agitur. Plutarchus in Numa.

Convivantium.

Plut. in Sympof. narrat, Lacædæmoniis hunc fuisse morem, ut si quem amicum, aut hospitem in domum acciperent, ostensis foribus dicerent, τῶν τῶν ἐξ ἑστῆρας λόγος, id est, Hac non egreditur sermo. Refert item in vita Lycurgi: ex cujus institutione, qui natu maximus erat, stabat ad ostium, & ad convivium ingrediendibus dicebat, ostensis foribus, δὴ αὐτὸς ἑστῆρας ἢ ἐν ὀφθαλμοῖς, id est, Per hæc nullus sermo progreditur foras. Erasim. in Adagiis.

NON DEBENT. VOX DEPENDENZ

Incurdiæ.

AUGUSTUS Athenodoro Philosopho senii causa domum H dimitti postulant anquit. Qui cum salutans eum monuisset: Cum exarferis incurdiæ, Cæsar, nihil ante dixeris, vel feceris, quam xxiv. literas apud te ipsum recensurus: prehensa ejus manu: Præsentia tua etiamnum, inquit, opus habeo: detulitque eum annum integrum, esse fatum etiam silentii tutum præmium. Plut. in Apoph.

Pufflanimitatis.

Memorant, Demosthenem, cum explosus esset à populo, & id gravior ferret, admonitum à magno natu Sene fuisse, qui Periclem audiverat, Pericli cum similibus si, animum despondere noli. Plut. an Seni trad. resp.

ODOACER Herulorum, & Italotum rex à Theoderico Ostrogotho Ravennæ obfessus, noctu universum adversus Theodericum eduxit exercitum. Commisso prælio, Theodericum cum suis præcipiti fuga se referte coegit. Cui castra inveniunt Mater in porta obvia: Quò tendis, inquit, fili? neque enim locus superest, quò te fugiens recipere possis, nisi ego vestram tollam,

tollam, & eote, unde in lucem prodiiſi, recipiam, Quibus verbis irritata, collata suorum, quos nancisci potuit, exigua quidem, sed valida manu, Odoacerem in urbem iterum se condere compulſit. Sigon. lib. 15. Imp. Occid. Temeritati.

ARCHIDAMUS Zeuxidami filius, cum filium videret præcipitanti, & inconfiderantius pugnantem cum Atheniensibus, ἢ τῷ δὴ δὴ μὲν ἀπὸ τοῦ ἡδὲ σπουδὴ σου ἡδύνας, id est, Aut adde vitibus, inquit, aut detrahe animo. Plut. in Lac.

AGIDI regi in Arcadia cum infesta signa stante in procinctu exercitum inferre hostibus intendere, ex majoribus natu Spartiatis quidam inclamavit, velle eum malum malo tollere: præproperum ex Argis receptum significans intempestiva præſente alacritate velle eum corrigere, ut est apud Thucydidem, Quod cum audisset Agis, obtemperavit, ac recepti cecinit, victorice evasit. Plut. an Seni trad. resp.

VOX SCRIPTA, UT NOTA EST REI. HUC LITERÆ SCRIPTÆ.

Epistolæ.

Dionysium tyrannum in Italia expeditione absentem monebat per epistolam Democrates de Dionis irruptione. Quam cum lupi improbitate nunciis amisset, regno Sicilia excidit tyrannus. Diod.

ARCHIE tyranno Thebanorum in symposio epistola oblata de conjugatione. Quam cum ille tanquam rem feriam in crastinum differri jussisset, ea nocte cæsus est. Plut. de Soc. dem.

C. JUL. CÆSARI libellus conjugationis Cassianæ index oblatus fuit in Senatum eunti. Quem ille in sinum abdidit: & paulo post à conjuratis cæsus est. Suet.

INSCRIPTIONES.

Spado quidam effeminatus, cum ostio domus inscripſisset, Εὐδὴ καὶ ἄλλοις ἄγαθῶν, Diogenes, At herus, inquit, domus, qua tandem ingreditur? Erasim. in Adag.

Εὐδὴ καὶ ἄλλοις ἄγαθῶν, id est, In ostio formosus de is, qui adamanatur, vulgusque gratiosi habentur. Sumptum à Veterum consuetudine, qui formosum aut amaforum nomina arboribus, foliis, ac parietibus inscribent, ἄλλοις καὶ ἄλλοις. Ad id alludit Aristoph. in Vespiis, ἢ Ἀχαινοῦσφιους. Erasim.

VOX TEMERE, FORTUITO, INCONSULTO.

Ex Omnium loco hoc non pauca referri possunt. ACCEPTA.

Lartes Tolumnius Vejentium rex, cum in referarum profpero jactu per jocum collatori dixisset, Occide, & forte legati Romanorum intervenissent: Satellites ejus, atroxe vocis impulsu, interficiendo legatos, lusum ad imperium transfulerunt. Val. Max. lib. 9. cap. 9.

Cum Antonius Vespasianus dux recepta de Vespellianis militibus Cremona, in balneum concessisset, cruorem abstergeretur, excepta vox ejus est, cum forte balnearum & por excusaretur, futurum ut statim incalcescerent. Ac tum demum quasi signum dedisset ad urbem incendendam, quadraginta millibus militum uno agmine irruptentibus, cives indifferenter cæsi, res depæta, tecta, & parietes quadratio ignis absumpsit. Sabel. lib. 3. Eum. 7.

HELIOGABALUS Imperator, cum jussisset Senatum urbe Roma excedere, indicta morte, si quis remanſisset, & seiser Sabidnum consularem virum, spreto decreto, Romæ remanſisse, centurionum uni imperavit, ut eum occideret. Sed cum is furdaster esset, accepit occidendi verbum, tanquam ab urbe eum pellere jubere. Lamprid.

VOX HOMINIS NON ARTICULATA.

S. literam habere silentii notam constat, quando taciturnitatem impetrare cupientes, lingua sonum ejusmodi velut sibilum efformamus: quæ ab hoc ipſo Græcè signa creditur appellata, ὄψις ἢ ἰσῆς. Unde etiam Veteres foribus cœnaculorum præterite confueverant. At veteres Latini S. & T. simul agglutinationes effingebant, & syllabam, quæ sola (ut Verrius inquit) sine vocali compacta videtur, qua & in Phormione Terentius utitur. Cælius lib. 12. cap. 18. A. L.

AULUS CHUPORUS, Sigifmundi Imper. præfectus, Eruojam Spaleti ducem in aula Imper. quia ipsius aspectus, moreſque rusticum hominem præferrebat, nunquam aliter, quam expresso bovis mugitu, salutabat. Hinc factum, ut cum Eruojam à Sigifmundi deſecisset, multoſque ex ipsius ducibus, ac præ-

fectis cepisset, dimiſſetque omnes, sine precio humanè unum Paulum detinuerit, eique nudo statim pellem bovis affiui jussur, dicens: Velle se, ut voci illi personæ quoque imago responderet. Fulgof. lib. 9. cap. 10.

VOX PRONUNCIATIO.

Consule locum Rhetorica pronunciationis. Item Musicorum, in Musicorum titulo.

QUANTITAS VOCIS.

Magna.

HOMERUS Heroibus fortissimis epitheton hoc tribuit, quod sint βολὰ ὄψαδοι. Nam ubi magna est, & clara vox, etiam thorax est magnus: ergo (ut medici docent) cor quoque certum unde animofitas: & cerebrum robustum, unde robur corporis provenit.

Stentoris meminit Homerus Iliad. 4. eique ferream, hoc est, invictam attribuit vocem:

στῆναι ἐσθλὴν μὲν ἰσχυρὴν, χαλκίον ἄρσεν, ἢ ἄρσεν ἠδὲ θεὰς ἤσων ἄλλοι πυθιναί. Erasim. in Adagiis.

THRASYULUS dux classis superavit vocis magnitudine omnes Athenienses sua tempeſtate. Hic auctor fuit, ut militati suffragio Alcibiades ab exilio revocaretur. Sab. lib. 8. Eum. 3.

CARNEADEM Cyrenensem Philosophum dialecticum insignem Plutarchus scribit fuisse μεγαλοφωνώτατος, id est, maxime, ac sonantissimæ vocis, adeo, ut gymnasiū principes eum monere cogere, ne tantopere clamaret. At ille: Da ergo mihi vocis modum. Respondit Gymnasiarcha: Modum habes, auditores tuos. Laert. lib. 4. Antipater Stoicus cum vocis magnitudinem cum nec posset, nec vellet assequi, aggressus Antologiarum concinnare libros, cognominatus est μεγαλοφώνος, calamo vociferans. Cælius lib. 19. cap. 15.

Parva, Exilis.

CHÆREPHONTEM Sociatis perfallimentum fuisse tradunt σὺν ἰσχυρῶν. Cælius lib. 13. cap. 1. A. L.

BASILIUS MAGNUS, Casariensis Episcopus, debili, & exili voce fuit, atque difficili. Sed ad extremum, priusquam expiraret, vocalior est factus: & cygnorum instar cum verbis obdormivit veritatis, ut Nazian. in orat. de Basilio testatur.

CAROLUS MAGNUS voce quidem virili, & clara fuit, sed que corporis formæ, seu proceritatis non responderet. Cranzius lib. 2. Sax. cap. 7.

QUALITAS VOCIS.

Acuta, Alta.

Inter convicia, quibus Æschines lapidat Demosthenem, etiam illud obicit, quod Bæotorum more vociferaretur immodicè, & inderet: ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἄγαθῶν, ἢ ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἄγαθῶν, ἢ ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἄγαθῶν, id est, Hæc me loquente vehementer exclamavit Demosthenes, quemadmodum sciunt omnes, qui nobis in ea legatione fuerit Collegæ. Nam præter alia mala, etiam Bæotifias. Erasim. in Adagiis.

Cum Darius Scythia fugeret, & ad pontem in Istro venisset, quem Jones propter Scythas interruperat, penè concidit, quod se proditum suspicabatur. Mox Ægyptium quendam omnium hominum vocalissimum, supra ripam Istri positum, jussit inclamare Histiarum Miletium. Histiarum cum sæpius inclamantem, ad primam inclamationem exaudivit. Herod. lib. 4.

Fida.

Δεσπότης Græcis dicitur, qui non loquuntur naturali modo, sed dilatato gutture effundunt immanem vocem. Quemadmodum & canum nonnulli. Hoc vitium Demosthenes obicit Æschini, quod non ex animo loquens vocem præter naturam intendere. Erasim. in Adagiis.

Quidam voces avium, pecorumque, & aliorum quorumlibet hominum sic imitantur, atque exprimunt, ut nisi videantur, discerni omnino non possunt. Aug. lib. 4. de Civ. Dei. 6. 23. In quendam vocis obſone Ausonius siccludit: Latratuſ carulorum, binnitūſ fingit equorum, Caprigeninque pecus, lanigeræſque greges Balatuſ affimilās, aſinos quoque rudere dicitas. Quamvis Arcadium fingere turpe pecus Gallorum cantus, ἢ ὄψατος culture corporis, Et quidquid vocum belluaſ feliſ habet, Omnia cum ſimiles ita verè, ut ſilla negentur, Non potes humanaſ vocis habere ſonum. Clara,

Clara, Sonora.

A ÆSCHINES Tragicus, qui puer litteras cum patre docuit, cum esset...

Bus vox esset vitiosa, raucaque. Est enim Cycloborus Atticæ torrens, ingenti strepitu deluens.

Cum M. Cælius, qui credebatur a parentibus non liberis natus, epistolam apud Senatum clara firmaque voce recitasset.

DEMOSTHENES, quia blesus erat, in exprimendo p litteram multum laborasse dicitur, pro qua p. proferebat.

cum vellet loqui, exprimere verba non posset, sed Balbutiret. Videtur lib. 17. Var. lib. c. 14.

ETATIS VOX. Præcox: Infantes locuti. Ex loco Divinationis, exempla aliquot oraculorum, ab infantibus editorum petenda.

MAXIMILIANUS filius Friderici III. Imperatoris, ac Leonora Eduardi regis Portugallie filia, in nova civitate Austriae genitus, ab infantia pene in nonum ætatis annum elinguit, ut perisque mutus judicaretur.

CULTUS VOCIS STUDIUM. CURA. Est in Africa fons Zamæ, ex quo canoras effici voces M. H. Varro prodidit.

VOX A DEO MISSA, NON UNIUS MODI, AUT FORMÆ.

gediarum actoribus: quibus vox magna, bonaque latera debent esse, cum os immodice non diducant, quod faciunt ii, qui plurima loquuntur, sed supra vires.

DEMOSTHENES audiens oratorem quandam immodicè vociferantem: Non inquit, quod magnum est, bene est: sed quod bene est magnum.

ISOCRATES, inter familiares dicere solitus est, se quidem docere decem minis: ceterum qui ipsum docuisset audaciam & vocalitatem: mercedis loco accepturum decem millia.

CUM M. CÆLIUS, qui credebatur a parentibus non liberis natus, epistolam apud Senatum clara, firmaque voce recitasset.

* VOX ARTICULATA AB ALIO QUAM AB HOMINE PROCEDENS.

* VOX DEI MISSA PER ANGELOS.

Frequens est in S. Litteris mentio locutionis, five sermonum, quos Deus ad homines articulata verborum pronuntiatione, non solum formando de eisdem internum conceptum, & imaginem in mente, quam inspirationem dicimus; detulit, quasi ad eos utajunt, more humano, cum illis collocutus fuisset.

Ad Noe quoque Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, David, Salomonem post, & ante ædificatum templum, & alios Prophetas, &c. hoc semel humano more, hoc est verbis articulatis prolatis, quæ etiam à circumstantibus, vocem quidem externam, audientibus, at neminem videntibus percipiuntur, locutus fuisse variis Scripturæ testimoniis confirmatur.

Primis Parentibus Deus locutus dicitur Genes. c. 3. deambulans in Paradiso ad auram post meridiem. Ubi volunt interpretes, apparuisse Angelum vice Dei in specie humana, deambulante, & loquentem.

DE ELIA, SAMUELE, DAVIDE, & aliis, ad quos Domini sermo externa voce factus est, habes in libris Reg. c. 3. lib. 1. c. 19. 3.

DE PROPITIARIO se responsa daturum promiserat. Exod. 25. Inde præcipiam & loquar ad te, supra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubin, qui erant super arcam Testamenti, cuncta, quæ mando per te filiis Israel.

QUÆ ILLIUS CONDITIO, ET SUBSTANTIA.

Veram fuisse vocem, quæ Deo loquente percipiatur, dici nequit, cum nullum corpus ad eam formandam idoneum fuerit, aut unde ea prodire potuit, aut ad aures aliorum transmitti, cum ad id requirantur instrumenta, & organa, ut est notorium.

IGITUR VOX ILLA, quæ Deo ascribitur, atque ab eo profecta perhibetur, ab eo formata fuit, à quo nubes, ignis, sibilus, aliaque corpora, sub quibus se ille exhibuit, producta fuerunt: ab ipsis scilicet mentibus Angelicis, & administratoris Dei spiritibus, unde & in perisque his locutionibus Angelorum expressam mentionem fieri reperimus in Scripturis, quod argumentum valdè urget.

OPERANGELORUM, VEL DEMONUM PRODUCTÆ. Ex Sancta Scriptura.

Vetustissimum hujus rei exemplum præbuit in Paradiso Serpens cunctis animantibus à Deo creatis callidior, ut in quem natura sua callidum, & vafrum vaser diabolus congruè, ingressus, in ejus ore quasi in organo cetera ratione modulato, & colisso, vocem humanam, ut potuit, affinxit.

Disertum serpens ad mulierem. Cur praecepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? &c. Genes. 3. unde admirata est Eva quod serpens loqueretur, cumque scite id naturaliter fieri non posse, suspicata est, uti verè erat; & aliorum virtute id fieri, unde & curiosus, & promptius auscultavit.

Neque enim ulli dubium esse debet, quin Dæmon activa passivis coniungendo, instrumenta ad vocem humanæ similes profertur concinnare, aerium corpus, & phantasmata movere possit, quod multo efficacius, & promptius valent præstare Angeli boni; si ve aures fascinate, suisque præstigiis voces, & sermones supposititios isdem insinuant, & ita insigni impostura nihil tale cogitantes circumvenire, illisque illudere.

Locutam Afina Balaam memorant S. Litteræ, idque articulata, & expressa voce. Quid feci tibi, cur percussis me: ecce jam tertio? cumque respondisset Balaam: Quia commervisti, & illuisti mihi: utinam haberem gladium, ut te percuterem! Dixit afina. Nunquid animal tuum sum, cui semper sedere consuegistis usque in præsentem diem? dic quid simile unquam fecerim tibi? &c. movebat enim Angelus linguam afinae, ut loqueretur, quomodo supra Dæmon os serpentis.

Pro his autem, & sequentibus porro vocem emissarum generibus, & exemplis, notandum est, Bruta animantia, multo minus res inanimatas vocem exprimere non posse, quæ instar humanæ locutionis se habeat, cum loqui sit mentis conceptum voce exprimere. Res autem illas uti neque concipere possunt, ita nec intelligere quid voces illæ significant, quæ per eas profertur. Itaque non ab eorum mente, aut forma, sed ab extrinseco movente, vel in ore brutorum, vel circa res alias formantur ab Angelo. Hoc tamen discrimine, quod animata habeant organa aliqua ad vocem efformandam, licet non articulata, cum non habeant os dispositum ad colligendum aërem, cumque colligendum ad palatum & dentes, per quam organicam interiorem dispositionem homo voces suas articulat.

In rebus autem inanimatis nihil tale reperitur, quod sit, ut per eas non emittatur vox sed circum eas in aere formetur, nisi forte, ut in stacuis; intra cavitatem earum aer collidit dicatur ope Angeli, aut Dæmonis, & ita in eo vox efformatur, atque ex eo velut prodire.

HISTORICA.

Refert S. Hieronymus in vita S. Pauli Eremitæ, dum S. Antonius ad eum visendum pergeret, occurrisse ei per viam Hippocentaurum, hominem scilicet equo mixtum, quo vilo salutaris impressio signi armat frontem. Et heustus, inquit, quantum in parte hic servus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid intrensens, & frangens potius verba quam proloquens, inter horrentia oris lecta blandum quasi vit eloquium, & dextræ manus protensione cupitum indicat iter, & sic ex oculis ipsius evanuit. Stupens itaque Antonius, & de eo, quod viderat, secum volvens, ulterius progreditur. Nec mora, inter saxofam convallē haud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibus asperata: cuius extrema pars corporis in caprarum definebat pedes, qui palmarum fructus eidem ad vitium quasi pacis obfides ostendebat. Quo cognito gradum preffit Antonius, & quis esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum, & unus ex accolis Eremitæ, quo vario delusa errore gentilitas, Faunos, Satyrosque, & Incubos vocans, colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur, ut pro nobis communem Deum preceris, quem profalute mundi venisse cognovimus, & in universam terram exitus sonus ejus. Hæc Hieronymus.

Narrat Homerus lib. 19. Xanthum Achillis equum locutum, eique mortem prædixisse, quod factum dicit per Junonem Deam.

ISIGONUS Citiensis memorat, in Rhodo Jovis insula Taurum fuisse, qui sermonis nostri esset expertus. Fuerunt & in Dodone geminæ Columbae, quæ humana voce redderent oracula. Sophocles in Trachinibus.

Silentio noctis ex Sylva Asia teste Julio Obsequente, ingens vox audita est, quam Sylvani fuisse credebant, Junio Bruto, & Tarquinio Coss. proclamavit autem in acie Romanorum contra Veientes uno plus Hetruscorum cecidit, & vicisse bello Romanum. lib. de Prodig.

Idem cap. 34. & seq. Inter prodigia refert, Bovem sæpe locutum.

Et cap. 55. Quo tempore Tybris infestior impetu illatus

urbis multa evertit in publica, & privata, Bos locutus; Roma, tibi cave.

Locutus & Canis Arimini, & vacca Romæ, quo anno in Macedonia Thraces subacti, C. Mario & C. Flaco consul. Ibid. cap. 10.

Memorat Val. Max. lib. 2. cap. 1. Valesium quendam, cum penates suos pro filiorum salute oraret ante focum suum, repente vocem inde manante audivisse, Filios salvos fore, si Tarentum duxisset, ibique petita aqua ex ditis, & Proserpinae ara recreasset, quod & factum.

De Pstacis, Picis, alisque avium generibus experientia docet, quod voces humanas imitentur, & articulare doceantur. Unde Persius.

Quis expeditiv Pstaco suum xaipe? Cervos quis olim concavum salutare? Picasque docuit verba nostra profari? Et de Pstaco Ovidius.

Pstaco humanas imitatur voce loquelas, Atque sui Domino xaipe, valeque sonat.

Item de Philomela.

Tu Philomela potes vocem discrimina mille. Mille potes varios ipsa referre modos. Profitebatur Apollonius Thyaneus se nosse, & percipere sermonem, seu voces animalium, ac præcipue Avium apud Philostratum, quod & exemplis probavit.

Vide nonnulla bis affinia in loco de Locutione.

* VOCES ARTICULATÆ PER RES INANIMATAS EMISSÆ.

Porphyrius hostis Christianorum, in vita Pythagoræ ait fluxum Causum, transeuntem Pythagoram Magum salutasse, Salve, Pythagora, quod colloquio Dæmonum prolatum assente Clementi in Stromatis.

PHILOSTRATUS Apollonii Thyanei vitam enarrans, scribit præpositum Philosophorum Gymnosophistarum in adventu Apollonii dixisse ad vicinam arborem, alloquere Apollonium sapientem, & arborem eum allocutam voce articulata, & miliebræ.

Ferunt & Dodonæam quercum humana voce usam. Lucianus in Gallo. Unde cum in navi, quam Argo vocant, carina esset compacta è lignis quercus Dodonæ, ipsa minata legitur penam Argonautis ventibus secum aureum vellus. Vide Apoll. Rhodum lib. 4. Argonauticor.

Huc refert, qua titulo superiore de Sylva Arfia, & Penatibus dicta sunt.

De vocibus autem per oracula, Deorum simulachra, & statuas emissis, plura suppetunt exempla, notissimum est illud ex Nicephor. de Casare Augusto. Cum enim nullum in templo Apollinis acciperet responsum, causam percontanti, Dæmon per simulachrum respondit.

Me puer Hebræus Divos Deus ipse gubernans Cedere sede jubet, &c.

De quo vide locum de Christo. it. Prodigia in nativitate ejus facta.

Ita Juliano Imp. Apostata nequidquam oracula dæmonum consulente vox emissa, quæ diceret, nullum ibi responsum dandum fore, eo quod Babilæ martyris corpus ibi reconditum esset. Euseb. & Niceph.

Cæterum vel fabulosa sunt ista, vel certe dæmonis opera producta: attamen omnem fidem, & venerationem meretur, quod in vita S. Thomæ Aquinatis legitur, nempe quod pado dum Neapoli esset, & ante imaginem Crucifixi ardentius oraret, vocem hanc ad se delatam perceperit: Bene de me scripsisti, Thoma, quam ergo mercedem accipies? Augustum sane testimonium, non vulgari eruditionis, & sanctitatis index. Quis enim ita frontis perfrecte fuerit, qui male aut inconsiderate scriptiois Thomam arguat, quem bonæ scriptiois suffragio, voce celo delapsa, Deus ipse commendat?

* VOCUM EXTRA ORDINEM EMISSARUM PRODIGIA.

Advertunt historicorum plerique, vix unquam voces extraordinarias incassum auditas fuisse, sine aliqua præannuntiatione rei alicujus stupendæ, vel certe imposturæ, aut deceptione, quando opera Dæmonum proferebantur.

Prioris exempla sunt divine locutiones ad Adam, Abraham, Agar, Moysen, Paulum, & alios, teste Scriptura, factæ.

Imposituræ verò, ac fallacis deceptionis exempla non pauca etiam sunt, paucis tamen contenti erimus.

Ante-

Urbanitas.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

URBANITAS, Græcè ἀστυότης. Et ἀστυς, urbanus dicitur. Cben Hebr. urbanitas dicitur, quæ appellatio elementaria, gratia, favoritribuitur, quod urbanus homines rusticiores, & cultiores ut plurimum apparent. Est autem urbanitas, qua significamus proprium quandam gestum urbis, & sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem.

In jucunditate, quæ ad jocum accomodatur, qui modum quandam adhibet, is festivus, seu urbanus habendus est: & affectio urbanitas, & festivitas: at quæ modum egreditur, securilitas, & in quo ipsa inest, scurra dicitur: qui verò omnino à jocis abhorret, is agrestis, & rusticus; affectio ipsa rusticitas habenda est. Lib. 2. Ethic. c. 7.

URBANITATIS ACQUISITIO.

MAGISTRI.

Tum quomodo

videlicet

INVENTIONE.

Jocorum honestorum Inventores.

ANAXANDRIDES in Gerontomania Rhadamanthum, ac Palamedem scribit ridiculorum inventores fuisse. Athen. lib. 14. cap. 2.

PALAMEDES Nauplii F. bello Trojano per induciturium otium laturculorum ludum invenisse perhibetur, ut vel in otio ludicris præliis duces detineret, & ludicra belli meditatione Martios spiritus aleret, atque foveter.

Alex, pileæ, tessellarum ludum, cæteraque animi recreandi gratia inventa, præterquam talaria, Lydi populi Afia, teste Herod. lib. 1. omnium primi excogitaverunt. At Plinius ab Herodoto discrepans in 7. scribit, Pythum quandam ludiorum pilam reperisse, nisi fortasse alter eorum de calia pila (sunt enim plura pilarum genera) intellexerit.

CUJUS CIRCA

Convivia.

Ad Syfficia Laconum pueri sicut ad ludum temperantia ducti ventitabant. Ut quisque intrabat, natu maximus comonstratis foribus: Hic inquit, verba non egrediuntur. Athen. Plur.

DISCIPULI URBANITATIS.

QUI. URBANITAS.

Mulieres.

NUMA Rex Romanis Mulieribus pudoris adjectis plurimum, curiositatem removit, sobrietatem docuit, tacere, ac abstinere profusus esse, neque de necessariis rebus, absente viro, quicquam eis loqui assuefecit. Plutarchus.

Pueri.

Lacedæmonii publica habebant Zoonia, non modo ad corporis tefectionem, sed etiam ad animi eruditionem à Lycurgo prudentissimè instituta. Ad convivia hæc pueri quoque sicut ad ludum temperantia ducti ventitabant. Ibi sermones de Repub. excipiebant, doctores conspiciabant ingenios, & assuebantque & ipsi joci, & dictoria citra scurrilitatem jacere, atque aliorum sine offensa excipere cavilla. Namque H videbatur imprimis Laconicum, cavillum sustinere. Impatienti licetbat deprecari, & temperatur faceris. Quia quidem jugi assuetudine factum est, ut Spartani in arguta dictione, & Apophthegmatum ad miraculum usque celebres olim sint habiti: & propter hæc ipsa recondita cujusdam sapientie schola à Socrate Sparta apud Platonem appellatur. Plur. in Lycurgo.

QUOMODO.

VEL

SCRIPTIONE.

Jocorum honestorum scriptores.

Ferunt, Tellenem quendam jocos quosdam verbis lepidis, simis descripsisse, non sine multo sale commatum. Meminit hujus Dinarchus Messeniam apud Zenodotum, item Plutarchus in Apophthegmatis. Inde proverbium. Cane Tellenis cantilenas. Erasim. in Adagio.

MENIPPUS Afcalonites Cynicus Philosophus libros scripsit multo rifu referros: ut & Melæger, qui eodem tempore vixit.

Rrr 2

Item

Antequam hostilius Mancinus Consul Romanus fuisset à A Numantini victus, & eis deditur, & petenti Numantianam in portu Herculis cum concenderet navem, vox ex improvviso audita, mane, Mancine, qua poterat admonerion esse progrediendum. Julius obsequens de Prodig. cap. 83.

Sub Galerio Maximino Christianorum persecutore, Athenis Theotechus incantator, Christianorum hostis infensissimus, idolum Jovis incantationibus, & præstigiis suis hæc verba sonante, Edicere Jovem, ut Christiani extra civitatem, & civitatis agros tanquam sibi inimici in exilium expellantur.

NERO Imperatorum crudelissimus, & spurcissimus, cum tollendus è vita proxime esset, de Mausoleo sponte foribus patefactis, vox audita est nomine cum centis. Suetonius in Nerone capite 46.

Miraculo tribuitur, quod Creffi Filius natura mutus, semel tantum, & pauca ad salutem patris sit locutus: Cum enim quidam Persa patrem esset necaturus; dixit ei, Persa, nec occidas Regem, & postea perpetuo siluit. Herod. in 1. Plin. lib. 11. c. 50. Semestris, inquit, locutus est Creffi filius, quo prodigio totum id concidit regnum. Potius quidem frequenti populi consuetudine jam ante infra se voces, & sermones populi mutus cognovisset, & significata per effectus quotidianos, veluti per signa comprehendere, à miraculum ibi, quod nondum loquutus formam verborum expresserit, & postea consuevit in perpetuum.

Non potuit nisi à Dei benignitate oriri etiam illa vox ante adventum Humorum audita novu de celo: Cave tibi, Italia, quæ sine præannuntia adventus tyranici Atulæ, & præmonebat enim, utram Dei averteret, ob quam concitata promeruerant affligi. Bonif. lib. 3. Decad. 2.

Talis & vox illa in templo Hierosolymis obfessis, antequam vastaretur; audita: Migremus hinc, nuncia excidit urbis. Joseph. lib. 7. de bell. jud. cap. 2.

Roma M. Cæditiu plebejum hominem, Tribunorum collegio consulari potestati renuciabatur, de nova via supra ædem Vestæ, ubi postea sacellum fuit, silentio noctis, vocem humanam clariorem audivisse, quæ jubebat magistratibus nuntiar, Gallos advenire, narrat Plur. in Camillo.

Sicut & narrat Cædrenus tempore Romani Argyropoli Imperatoris, quod in Thracensi provincia apud radices montis Cuzenæ, vox miserabilibus ejularibus, & lamentis à mense Martio ad Julium exaudita, cladem Romanorum in Cælesyria portendit.

Simili voce Izatis Adebazarum Regis nondum nati excellentia indicata fuit. Cubans enim cum uxore pregnante Monobazus rex, & manum reclinatam habens in uxoris uterum, vocem quamdam fidi audire visus est, jubentem, ut manum, à ventre tolleret; neve premeret foetum, qui ut non sine divina providentia inchoatur sit, ita finem habiturus esset fortunatissimum. Qua voce permotus Monobazus, natum hunc filium Izatem nominavit, regniq; hæredem reliquit, qui Judæorum religionem amplectus, rebusque contra Arabes & Parthos feliciter gessit 24. regni anno satis cessit. Josephus lib. 20. cap. 2.

Ex suppositione divini nominis, & perimpositum, plura etiam emittit, & perflua fuerunt aliquando ad tempus, donec fraus detecta fuit: ut apud Bemates quidam Stephanus in Christi, & D. Virginis imaginibus proximis per canalem colloquium mentitus est, sed non impunè. Vierius libro 2. de D. præstigiis, cap. 35.

Refert Theodor. Lectior libro 2. collect. ex hist. Eccl. Timotheum Alurum, ambientem Episcopatum, antequam occideretur Proterius nigra veste indutum, cellas Monachorum noctu circuire, & unumquemque Monachum ex nomine vocasse: cum autem illi auscultarent, unum ex administratoris spiritibus se esse dixisse, ad hoc missum ut cunctis ediceret, ne cum Proterio communicarent, sed Timotheum Alurum Episcopum designarent, & ita se illis insinuasse.

VOCES A MUTIS EMISSÆ.

Vide Locum de Mutis.

VOCALIS LITTERÆ.

Apud varias Nationes.

Pete ex loco de Litteris.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Item Nanius, & Satyras ridiculas, quas M. Varro imitatus est & re, & nomine. Stephanus cum cognominatum scribit. Gyal. Dial. lib. 6. h. 1. p. 11.

TYRO Tullius, Ciceronis libertus, de locis patroni sui peculiarium librum edidit. C. MELLISSUS Umbro, anno aetatis 60. libellos Jocorum scripsit, & absolutos Jocos 160. Gyal. de Poet. Jocorum, five Dicteriorum, quae facite, breviter, & acute dicuntur, summa est venustas, & honestas. Eapropter Macrobius libro 2. Saturn. suos illos symposi, de veterum diceris, quae cumque in mentem venissent, referendo Saturnilibus optimo dierum honestissima relaxatione ludentes introducit.

ALBERTUS Argentinenus, Annalium scriptor, de Facetiis Rodolphi Imp. libellum composuit. Cuspin.

Ex Tit. Nugacitatem aliorum odisse puta. Ablemum, Histonium, huc quaedam.

Athenis in theatro saltare, aut agere fabulam peregrinis nequam licuit. Qui contra fecisset, ei millia nummorum dicta multa fuit. Scaliger lib. 1. Poet. cap. 13.

Sub initium tertii belli Punici Val. Messala, & Cassius censors theatrum faciendum locaverunt, in quo populus Rom. sedens spectaret ludos. P. Scipio Nasica id ne fieret, in Senatu obtinuit, tanquam publicis moribus nociturum, si Graecorum luxuria introduceretur. Ita S. C. totus ille theatricus apparatus destructus est, cautumque eodem S. C. ne quis in urbe aut propius mille passus subtelia imponeret, sedense ludos spectaret. Livius lib. 48. Val. Max. lib. 2. de Infir. antiq. Lib. 8. Eun. 5.

Non fuit praefacte austerus Lycurgus Legislator Spartano: immo illum Rufus sigillum auctor est sibi fuisse, urbanitate tanquam laboris, & victus condimento tempelive convivia, & similes congressus interpolantem. Plutarchus in Lycurgo.

LUDOVICUS XII. Gallorum rex, in senis, ac theatris antiquae comediae morem renovari permisit, & facietis diceris vita cuiusque notari, ac ne sibi quidem parci voluit. Jo. Bodinus Methob. h. 1. c. 6.

Apud Lacedaemonios inter caetera exactae vitae instituta, hoc quoque exercitio genusa Lycurgus esse institutum, ut adolescentis, & somnata sine morbo dicere, & ab aliis in se dicta perperit differere. Ac si quis in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat. Macrobius lib. 7. c. 3. Saturn.

HENRICUS Anceps Imp. vidis Ungaris, quibus ante tributum pendebant Germani, circa annum 938. instituit ludos cataphractorum equitum in Germania, & primus eos spectavit Magdeburgi, mense Januario. Stumpfius.

Victis ad Cheroneam Atheniensibus, traditum est à quibusdam Philippum Amyntae F. regem Macedoniam, peracta liberali potatione multo repletum mero, cum amicis saltationem jocofam ex victoriae gaudio inivisse, atque ita per mediam captivorum turbam progressum contumeliosius vincis illis calamitatem suam exprobrasse: tuncque oratorem Demadem, qui eo tempore in custodia erat, verbum ad regis petulantiam retundendam accommodatissimum protulisse, dicentem: Cum, o rex, fortuna Agamemnonis personam tibi apposuerit, non pudore afficeris Therae actiones referens? Ea hominis dicitur pulsat. Philippus, ad eo sese immutasse fertur, ut totum priorem animi habitum reliquerit, coronis abjectis, reliquaque saltationis ornatu, qui totus in victos erat contumeliosus, contrito autem, qui tam audacter secum loqui veritus non fuerat, multum admiratus, à captivitate liberaverit, honorificeque tractaverit. Diodorus lib. 16.

DEMONAX Cynicus, cum videret Athenienses hoc agere, ut barbarorum exemplo gladiatorum spectacula in urbem in ducerent: Nolite, inquit, o canes, istam crudelitatem prius admittere in civitatem vestram, quam misericordiae aram sitis demoliti. Significans non convenire, in ea civitate in qua Misericordia pro dea coleretur, spectari pliusquam ferissimam crudelitatem. Erasmus lib. 3. Apoph.

URBANITATIS SECTATORES.

URBANI, COMES, FACETI.

QUI, QUALES. PUTA POPULI.

XENOPHON Socraticus Gobryam scribit cenantem apud Cyrum, cum alios Perfarum ritus esse admiratum, tum vero illum, quo se invicem jucundè interrogarent: necnon somnata non negligentes, voluptatem, gratiamque vel non comparabant, in quo fringi mortis videbatur. Caelius libro 26. cap. 25. A. L.

Nunquam tam male est Sciculis, quin aliquid faciet, & comode dicant, Cicero in Verrem Ad. M. Syrophcenices leporem, & gratam jucunditatem in colloquio natura habent. Attici nasum, & sales vocant. Sic Libanii Rhetoris Antiocheni libros gratia, & facietis comici scitere, scribit Eunapius.

SACRI HOMINES.

SISINNIUS Episcopus Novatianorum Constantinopoli, rhetor, Philoophus, Theologus, disputator Constantinus, ut & Eunomius, eo nomine celebris, saepe cum eo disputare reculari fuit adeo continens in vita, ut nullum calumpniae relinquere locum: quique eum ignorabat, hominem ita delicatum, continentem esse posse non crederent. Moribus festivus fuit, & in congressibus jucundus: eaque de causa Catholicis etiam Episcopis, & magistratibus atque proceribus gratius. Cavillari festivè, & dicitia sine offensa ferre, & eleganter, atque ex tempore questionibus respondere, commodissime poterat. Suidas.

PHILOSOPHI.

Interrogatus Ctesibius, quid illi ex philosophia superasset? respondit, de voluptate dicitur, id est, sine symbolo cogitare, nam cum jocis faceret, sapius vocabatur: quo nomine a Timone est profectus, ut diphoniam, ac mortui habens oculos exad. lib. 2. de An. Caelius lib. 27. cap. 24.

RHETORES, ORATORES.

Vide sub Tit. Reprehensio ludica. Negligentia: exemplum Diogenis, Demosthenis.

In L. Crafo oratore summa semper gravitas fuisse dicitur, & cum gravitate junctus facietiam, & urbanitas oratorius, non servilis lepos. Cicero de Oratore.

De Ciceronis socii libertus ejus proprium conscripsit librum. Urbanitas ejus in facietis, & salibus, forensis vita est, & lepida: sed cum esset in exilio, multos offendit, & habitus est malignus. Plut. in Cic. Hanc ob causam a Vatinio, consulari secura vocatus est.

ASINUS POLLIO Ciceronis amulus, leporum, & lacertiarum pater, & omnium horarum homo dictus est. Gyal. de Poetis.

MUSICI.

STRATONICUS citharedus Atheniensis, qui Graeciam omnem pragavit, facietis admodum fuit: Eius dicitia Athen. lib. 8. cap. 7. recitat.

POETAE.

Inter Latinos Plautum Comicum jocorum venustate caeteris praestitisse testatur Macrobius libro 2. Saturn. cap. 1. Plauti enim comediae post ejus mortem, quae incerta ferabantur, Plautine tamen esse, de jocorum copia noseebantur.

MECHANICI.

PAUSON pictor, cum equum volutatem se pingendum conduxisset, pinxit currentem. Stomachante locatore, ridens H Pauson tabulam invenit. Cum sic quae supra erant, infra cernerentur, non currere, sed volutari videbatur equus. Plut. de Pythia oraculis.

MERETRICES.

Erat ad responsa promissa Gnaethena meretrix, Diphili Comici amica. Fuerunt aliae meretrices complures, quae ob suos jocos gloriabantur, atque nonnullam dici partem in rebus hujusmodi, ad disciplinam absumebant, quomobrem promptae erant ad responsa. Athen. lib. 2. cap. 22.

IMPERATORES, REGES, PRINCIPES.

AGATHOCLES Syracusiorum tyrannus, cum esset natura facietus, ne in conventibus quidem dicitis accumbentes excipere desivit, & eorum quorundam naturam, & mores effingere, ita ut saepenumero populus in risum prorumperet, non

aliter, ac si histriones, aut praestigiatos spectarent. Diodorus lib. 20.

AUGUSTUS Caesar, non minor Cicerone in jocis, sed modestior tamen, salvo nimirum majestatis, pudicitiae respectu absque scurrilitate. Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 4.

VESPASIANUS Imper. non tantum pro innata sua erga omnes clementia, atque humanitate jocabatur apud amicos: sed jocose etiam se ludi ab aliis patiebatur. Xiphilinus. Atque adeo in metu quidem, ac periculo mortis extremo abstinuit jocis. Suet.

M. ANTONINUS Pius Imp. amavit histriionum artes, piscando se, & venando multum oblectavit, & deambulatione cum amicis, atque sermone. Vindemias privati modo cum amicis agebat. Capitolinus.

ANTONINUS GETA habebat istam consuetudinem, ut convivia, & maxime quonia per singulas literas juberet scientibus ferve, velut in quo erat anser, aprugna, anas: item pullus, perdis, parvus, porcellus, piscis, perna, & quae in eam literam genera edulium cadent: & item satanas, fartasius, & talia. Quare comisit etiam habebatur in adolescentia. Spartian.

RODOLPHUS Imperator raro sine sommate aliquid loquebatur, aut tractabat. Adeo ut etiam Albertus Argentinensis, Annalium scriptor, qui per haec tempora floruit, libellum de ejus facietis condidit. Cuspin.

ALPHONSDUS Aragonum rex, cum esset admodum facietus, & urbanus: mirari tamen magis liceat, quo animo, quaque moderatione sales, & jocos in se reortos pertulerit, quam quomodo ipse jocos proleat. Panorm. lib. 4. de rebus gestis Alphonst.

DUCES BELLICI.

Vide infra, In acie, castris, bello.

Ut majoribus multo virtutibus ornatus, generosique imprimis animi fuisse intelligitur T. QUINCIUS, qui creptam è manu, servituteque Macedonum Graeciam liberavit, ita acutum ingenium, lepidumque habuisse facile percipitur, delectatusque esse, prodehinc hoc memoria T. Livio, recitatione fabellarum: quod tamen tempore illo, & cum magnum fructum ferre possent, quoniam in rebus feris tractandis, faciebat. Victor. lib. 17. Var. cap. 10.

JUDICES.

PHILIPPUS Macedo iudex sedens duorum facinorosorum, fugere praecipit uni ex Macedonia, & alteri, cum insectari. Plut. in Apoph.

PUERI.

PUBLICUS natione Syrus, cum puer ad patronum domus esset adductus, promeruit cum non nimis salibus, & ingenio, quam forma. Nam forte cum ille servum suum hydropicum jacentem in area vidisset, increpuitque, Quid in sole faceret? respondit: Aquam calefacit. Joculari deinde super eam exorta quaestione, Quodnam esset molestum otium? aliud alio opinante, ille, Podagrici pedes, dixit. Ob haec, & alia manumissus, & majore cum eruditus, mimos componere cepit. Gyal. de Poetis.

QUID AGENTES, VEL PATIENTES SIC URBANITATEM EXERCENT, DUM CONCIANTUR.

JORDANES, patria Saxo, Ordinis Praedicatorum princeps, qui in peregrinatione Hierosolymitana, anno M. CCXXVI. Acone obiit, vita sanctimonia, & concionandi dono clarus, cum à quibusdam Templaris rogaretur, uti festo die sacram concionem haberet Gallica lingua, cujus ipse tamen non usque adeo peritus erat: confensio suggestit, argumentum concionis Gallicè, quantum poterit, enarravit, interpretationem vero sermone subtexit vernaculo. Indignantibus istis: Ergo, inquit, si prominentes asini auricularum post maceriam delitescens videatis, totum insuper asinum diruta maceria in conspectum produci petetis? Leander Alberti. l. 1. de Viris Illustribus ord. Praedicator.

JURAMENTUM PRESTANT. TREMELLIVS Rom. cum familia, atque liberis in villa erat, Servi ejus, cum de vicino scropha erraret, surreptam conficiunt. Vicinus advocatis custodiibus, omnia circumvenit, neque haec efferi possit: isque adeo dominum appellat restitui B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

sibi pecudum. Tremellius, qui ex villicio rem comperisset, serophae cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor E cubabat, quaestione vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba jurationis concipit, nullam esse in villa sua seropham, nisi illam, inquit, quae in centonibus jacet: lectum monstrat. Ea facillima juratio Tremellio Serophae cognomen dedit. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 6.

CONSOLANTUR.

JAMBE ancilla Meganitae ad quam Ceres macta quaesitum filiam Proserpinam venerat, deam suis recreavit facietis, & ridiculis narratiunculis. Unde genus id carminis, sed non ante observatum, Jambicum ab illa dictum fuit, teste Nicanaro in Alexipharmacis. N. Comes lib. 3. cap. 16.

PETUNT.

Cum Lycon Scarphenfis in theatro placeret, intexissetque in comedia versum, qui petitionem continebat x. talentum, ardens largitus est ea Alexander. Plut. in Alex.

SUPPLICANT, DEPRECANTUR.

ANNO D. CCCXXII. Beneventanus princeps à Graecis acriter armis oppugnatus, Theobaldum Spoletanum, & Cameracum Marchionem, Hugonis Italiae regis affinem, in auxilium advocavit, atque ejus virtute Graecorum vim, impetumque ferendit. Cum multi Graeci in praelis quotidie caperentur, Theobaldus ad contumeliam multare eos testibus affuerat, atque Pratori Graecorum dicere: Quoniam viro sancto Imperatorituo, spandonibus preciosius nihil esse animo verti, hos paucos capos è gallis ei mittere volui multo prius propedem, nisi Deus avertit, transfussurus. Hanc pecturam Mulier quaedam, cupis captivus maritus erat, apud Theobaldum miserabili ploratu conquesta est, cum diceret: Theobaldum injustè facere, qui viris, non quod eorum, sed quod mulierum esset, adimeret, ac se non solum praesentis voluptatis oblectamento, sed etiam spei futurae proli solatio spoliaret: quoniam si qua viros afficere possit vellet oculos eis prius, & nasum & manus eriperet, quae illorum essent: testes verò, qui in usum femininarum dati essent, relinqueret. Quae voce cum effusum omnibus qui aderant, risum excitavisset, digna visa est, quae maritum integrum, & pecora omnia sibi adempta reciperet. Sigonius libro 6. regni Ital. ex Luitprand. libro 4. Crantzius lib. 3. Metrop. cap. 9.

HILBORCH, nobilis femina, sub Episcopatu Mindenensi, cum maritum in peregrinatione terra sanctae absentem jam desperaret rediturum, ex omni patrimonio novem Ecclesias constitruisse dicitur, cum Monasterio Moelenbecke, anno Salutis D. CCCXXIX. Cum autem ille insperatus rediret, placatura indignantem praevenerit, dicens novem se filias absente peperisse, nondum in Christo regeneratas. Intellexit vir Deo devotus quid loqueretur: & annuens per omnia, quae facta sunt, approbavit. Crantz. lib. 3. Metrop. cap. 8.

TERRENT.

M. BRUTI statua aerea fuit Mediolani in Gallis calpurnis posita. Hinc, quae imaginem ejus repraesentabat, & erat fabricata, ut post vidit Caesar Augustus, praeterit. Mox subsistens compluribus audientibus vocavit magistratibus, civitatem eorum ferens sibi compertum esse foedus pacis rupisse, quod hostem suum apud se haberet. Ac primum sanè negaverunt: & quemnam significaret, ambigentes, intuebantur sese mutuo. Ut verò conversus Caesar ad statuum contracta fronte: Num ne ille, inquit, hic stat hostis hostes? multo illi magis percussit obmutuere. At Caesar ardens, laudavit Gallos, quod amicis esset etiam in adversis rebus stabilis, praecipue ne statua loco moveretur. Plutarchus in compend. Bruti in Dionis.

Postquam cum Alexandro Pherzorum tyranno, hoste H Thebanorum, Athenienses amicitiam, & societatem praegerunt, qui promiserat eis, libram carnum semibolo praebiturum se venalem: Nos, inquit Epaminondas, ad carnes has praebebimus Atheniensibus sine precio ligna. Quod si negotiis nostris se ingesserint, fines eorum populabimur. Plutarchus.

COMMUNANTUR.

Apud Plutarchum in vita Timol. Quidam missus ad Andromachum, post multa inhumaniter, ac barbarice dicta, manum denique porrexit, ac modo supinam, mox pronam ostendit, mimitans hoc gestu se subversurum illorum civitatem. At Andromachus ridens, nisi quod manu similiter supinata, ac mox versa, justit illum quam primum abire, nisi vellet talem reddi navem ipsius.

T. JUL. CAESAR à Cilicibus piratis captus, dies duodequadraginta, quasi non custodiretur, sed stiparetur ab eis, una Rrr 3 ludebat,

